

Sermo

est illuminare purgare et perficere et sublimia secreta hominibus revelare. nec non et demones a nobis refrenando fugare. sicut patuit in archangelo Raphaelis Thobi. viij. Qui relegavit demonem in deserto superioris egypti Tercio quidam ordinant ad regimen hominum ut eos custodiant in semitis innocentie. et hi sunt angeli ad unum cuiusque hominis custodiam deputati. de quibus Psalmus. Angelis suis mandavit de te. ut custodiant te in omnibus viis tuis. hominum proprium est. quos custodiunt ad dei reverentiam excitare. semper peccantibus praeniam suadere. et malos a maleficiis revocare. propter quo dicit Hieronymus. Magna dignitas astrarum. ut vnaqueque ab ortu suae natiuitatis habeat angelum ad custodiam deputatum. et quod magis mirabile est etiam obstinatis et perfidis effectum suae custodie non subtrahunt ad hoc exigit lex divinitatis cuius proprium est in nullo negligere ordinem. sed per prima media et media extrema reducere. dicit igitur et omnes angeli etc.

De sancto Luca Sermo. p. v. **A**

In lege domini fuit voluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte. Psalmus. j. Duplicem actum habet anima nostra. unum intellectivum quod perficitur lumine. Alter affectivum quod amore perficitur in flamante. lex ergo domini cum illuminat et inflamat. et intellectum perficit circa verum et affectum inflamat ad bonum In cuius figura. lex in igne moysi data fuit Et similiter apostolis linguis igneis est ostensa. ut sicut dicit Bernardus. legem igneam lingue ignee loquerentem. vel verum certissimum est. quod ignis et lucet et calet. lucet visui et calet tactui. ut per hoc daretur intelligi. quod lex que datur in igne et erat ad docendum ipsum hominibus intellectum et nihilominus erat ad inflammandum affectum Lex ergo cum faciat creata bona est amanda et conscribenda et est opere adimplenda. quare ergo beatus Lu-

cas hanc legem amavit hanc exquisivit et conscripsit. hanc etiam observavit. ideoque eo bene dicit In lege domini etc. In quo verbo respectu divine legis commendatur. Ex parte desiderii quod habuit in amando ut sic esset ei amor in affectu Ex parte ministerii quod habuit in scribendo. simul et studendo. studium in conscriptione simul et lectione. Ex parte actus continui in perseverando labor assiduus in continuatione Ista enim tria faciunt hominem esse perfectum. Primum si legem interiori diligat. Notatur sanctum desiderium quod habet in amando. In lege domini fuit voluntas eius. Secundo si in ea studeat manu conscribat. et notat eius ministerium. quod habuit in legendo scribendo et meditando et in lege eius meditabitur. Meditatio enim ut dicit Bernardus. Investigat quod postea manu scribat Tercio vero si perseveranter hoc agat. et notatur opus continuum quod habuit semper in studendo. cum additur die ac nocte. bene enim studentes non solum in die student sed etiam in nocte Circa ergo studium divine legis quod beatus Lucas habuit dicitur hic iste sermo etc.

B Est ergo notandum quod scilicet iste evangelista legem tripliciter habuit etiam portavit Nam eam habuit in affectu per actum dilectionis. et habuit in affatu per actum predicationis Sed eam nihilominus portavit in manu per opus conscriptionis sive per effectum operationis. quid enim his melius quod profecius. quid deo placabilius. nihil aliud desiderat a nobis nisi ut legem suam observemus que divina consilia continet et mandata. Primum seram in corde eam medulliter diligendo Secundo in ore eam alijs predicando. Tercio in opere eam complendo vel observando Dico quod sanctus Lucas legem domini primo portavit in corde tanquam in bonorum omnium radice. Nisi enim radix ab arboris fuerit bona. omnia que sunt illius arboris sunt vana et ad usum inutilia. unde sapientes agricolae dum vident amigdalu in congruis ferre fructum sub terra fodunt et radicem eam invenit